

J. I. Grandville

Jean Ignace Isidore Grandville

Pictor omnium vitae, poeta indefiniti

Natus in urbe Nancy nuncupata in anno 1803, accepit ab avo "nomen artis", Grandville, et primam educationem a patre, qui amabat pingere imagines minio. Post prima studia Lutetiae Parisiorum, edidit aliquas litographias ornate colore, quarum titulus est "Dominicae dies nobilis cuiusdam Parisini". At solum in anno 1829 pervenit ad famam opera singulari, cui est titulus "Métamorphoses diei", quae constabat e 75 virorum figuris corpore hominum, vultu ferarum. Inde collaboratio cum actis diurnis variis , a " Ridiculae figurae" ad "Receptaculum coloratum" et " Sacomae", (Francogallica lingua "Le Silhouette"), primum actum diurnum cum ridiculis figuris.

Interea, uxorem duxit suam consobrinam, Marguerite Henriette Fischer, in anno 1833, e qua nati sunt tres filii, et se dedit ad figuras pictas in libris variis, ad "Opera omnia" di Béranger studiosi ad fabulas La Fontaine scriptoris et notas narrationes, ut "Dominus Chisciotte Manciae" , "Gulliver itinera" e "Rebilio Cruso". Maxima fama pervenit tandem aliquotannos post, cum edidit litographias "Scenae vitae publicae ac privatae animalium" et res gestas figuris ornatas "Alius mundus" et "Flores animati".

In anno 1842 amisit e tribus filiis et uxorem in septimo mensi eiusdem anni. Duxit secundam uxorem ipsius amicam, quamdam iuvenem mulierem, cuius nomen erat Lhuillier.

In decimo septimo die anni 1847 moritur, denique, morbo nervoso, quadraginta tresannos natus, relinquens ut extremam recordationem hoc epitaphium cum sui ipsius definitione:

Hic iacet Grandville, omnia animavit et, post
Summum Divum, omnibus dedit vocem,
motum, omnibus vitam.

At ipse non potuit percurrere suam viam!>>.

Praeter operas iam indicatas, sunt digna sunt memoria quaedam texta in variis casibus composita, quibus saepe precipuum argumentum est mors ut penosum eventum : effimera visio uxoris in mirabili somnio et facinus efferatum punitum rimorsu.



In somniis illa apparuit in luce ridenti,

revenit ei in mentem fortunae inclementis.

Eam vidit intentam textili labori,

dipinxit pro fuso ampullam cum flore.

Eam tandem rivisit quo die fit sua sponsa:

in corde corona, in manu alba rosa.

Sed omnia iam pratereunt, dies olim felices.

Sponsa evanescit, novella Eurydice.

Necavit inimicum ad sanctam crucem,

eum torquet coscientia vultu truci.

In somniis eum minantur visus feroces,

audit ubicumque terribiles voces.

Fugit per montes et litora oscura,

in manibus ferae, in piscis gula.

Cadit ad crucem, sine animo et vita,

terra eum condit in umbra infinita.

Lucia Mattera